regula, paterna paternis, materna maternis,
sed indistinctè proximioribus confringuevisse
materni. Joan. Grivell. Decisi. Senat. Dolan. 53.
num. 20. 21. & 22. Ubi quoad mobilia hanc
rationem adferit, quod naturalis illa affectio,
quam habemus ad res, que fuerunt Majorum
nostrorum, non versetur circa mobilia,
quorum dicuntur vilis & abjecta posseficio, &
Decisi. 109. num. 2. & 3. Ubi pro constanti
ponit, quod confutendo, ut bona sequantur
lineam, unde proverentur, non habeat lo-
cum in bonis immobilibus & immobilibus ab
ipso defuncto quae sit, licet alias bonorum

generali appellatione veniant tam mobilia,
quam immobilia acquisita.

Procedit vero & locum haber Jus Revolu-
tionis in bonis immobilibus, que ab afe-
dentibus ad descendentes hereditario Jure
pervenerunt. In Esterliden von aufsteigen-
der Linien herstießen, anterrebent, anteror-
benen, anterallen Erb-Güteren, Gramm.
Güteren, Stock-Güteren, de quibus hoc Cap.
num. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. latè egi. Si igitur sine
liberis defunctus relinquat bona immobilia
ab Avo, Proavo vel ulterioribus ascenden-
tibus acquisita, succedent in his bonis proximi-
mi cognati, qui sunt de linea Avi, Pronvi,
vel ulteriorum ascendentium, à quibus velut
acquirentibus processerunt, exclusive aliis,
qui non sunt iustius linea, licet defuncto pro-
ximiores in gradu, ubi occasione linea, cu-
jus mentionem feci, in hac Revolutionis ma-
teria summe norandum venit, quod linea
geometrica habeat duo puncta, quorum pri-
mum ducitur & incipit à persona eius, qui
bona, de quibus agitur, acquisivit & inuit
in familiam, alterum punctum se finit in de-
functo, qui succedendum est, unde non suffici-
vit, volentem succedere esse proximum con-
sanguineum ultimè defuncti, sed etiam requiri-
tur, ut fit de linea primi acquirentis,
hinc illa sit directa, five collateralis, per ea,
que tradunt Joan. Papon. lib. 21. tit. 1. de Suc-
cession. p. 14. aliis 15. circa finem. Jul. Bro-
deau ad Georg. Louet. Lit. P. arr. 28. pag.
mibi 184. & ce qui faitoit. in fine, & pag. 189.
Col. 1. in princ.

Quamvis autem inter Juris & consuetudi-
num interpretes non satis conveniat, sapient
etiam in nostris Tribunalibus agitatum sit, an
bona hereditaria Erb-Güter und Stock-Güter
dicuntur, que defunctus à suis Majoribus Avo
nimirus vel Avia, Proavo aut Proavia & ul-
terioribus ascendentibus non accepit, sed à
suo Parente solo, invahit tamen in nostro
foro, sufficere bona semel esse devoluta in
linea directa, ad hoc, ut sint Erb-Güter, &
Juri Revolutionis obnoxia, sicut à supremo
nostro Consistorio am Gütlich und Bergischen
Höf-Gericht judicatum fuit Anno 1595. 12.
Decemb. in Causa Thontis contra Bins, &
eodem Anno ac Die in Causa Boeken contra
Bourß, item Anno 1604, in Causa Boeken
contra Rousman, nec non Anno 1605. 10.
Nov. in Causa Deus contra Lintzen, & aliis
infra Cap. 12. recensendis, quibus addi po-
terit Stephan. Spornich. de Justitia Vdn.
part. 2. tit. 9. cap. 9. num. 19. in princi. Mevius
ad Jus Lubecens. lib. 1. tit. 10. art. 6. n. 20. ubi
atque semel à parente solo hereditario Jure
acepsisse sufficiat, quod ille sua operā acqui-
fivit, ut hereditarium Erb-Gut vocetur.

Nec etiam interest, an defunctus pleno
Jure successerit in bona, vel solum quod
nudum proprietatem ususfructu formaliter apud
Patrem, Matrem, Avum vel Aviam super-
stire permanente, cum moribus nostris &
aliorum tam proprietas separata ab ususfructu,
B quam

IO Tractatus de Jure Revolutionis.

quām consolidata Jus Revolutionis agnoscatur, teste apud nos obseruantia & Carolo de Mean ad *Jus Civil. Leodiens. observ. 345. num. 2. in Verbis:* *Sive bona illa paterna vel materna in defunctum in proprietate nuda ab ususfructu à parentibus devoluta fuerint, sive plena proprietas ususfructu consolidata in defunctione transferit,*

- 18** Sed hoc de vera, non civili illa & sterili proprietate accipendum est, quam liberis fūto morte unius conjugis matrimonio dicuntur habere in bonis immobilibus parentis superfitis, nam in hac non procedit confutinaria nostra Revolutio, cuius assertio ratio patet ex Ordinat. *Cap. 88. ibi:* *des Abgestorbenen, quod in mortuo, non autem superflue & vivo verificatur. Deinde dicit. Cap. 88. disponit, daß des Abgestorbenen Haab und Güter hinter sich fallen und erben sollen ac. Quae verba presupponunt bona in defunctum, vel pleno Jure, vel falso proprietate tenus transmissa, at rupto thoro per mortem unius Conjugis, vera proprietas cum ususfructu caufali, manet apud superstitem parentem, & liberi, quibus illa bona in tantum affecta sunt, ut in eorum praedictum nequeant alienari, non sunt nisi Domini in spe, & sub conditione, si parenti superstite supervivant, adeo, ut deficiente hac conditione, illis nempe præmortib[us], nihil ad alios heredes transmitant, prout solidissimum Juris-Consultus D. Petrus Stockmans in suo non minus eleganti, quām eruditio *Tract. de Jure Revolutionis latè probat, & ante eum An. 1608. 8. Januar. in Causa Lüpschi contra Kreckelman. DD. Commissarii des Gülden- und Berischen Hof-Gerichts consenserunt, quomodo igitur Jus Revolutionis obtinebitur in proprietate, que apud superstitem mansit, nec cum effetu ad ejus liberos transfit, cum viventis nulla sit hereditas? Vñjusq[ue] sterben, alsdan magistru erben, quomodo etiam liberi proprietatem, quam ob defectum conditionis non reliquerunt, ad heredes, ut ira dicam, revolutionari transmittent? Res clara est, proinde diutius non insisto, licet arringere debuerim, cūm in frequentibus usu veniant.**

- 19** Porro cūm ex prædicta pateat, bona immobilia ab ascendentibus ab descendentes devoluta subjaceat Juri Revolutionis, consequens est, non dari locum huic Juri, quando bona ab ascendentibus non provenerunt, nec in linea directa radices egerunt, quare si Casius bona immobilia acquirat, postea fine liberi decedat, & frarem Titium successorem relinquat, qui deinde etiam absque prole moriarunt, succedit in hac bona proximus Titii ultimus defuncti, non habita ratione cognitorum Patris Maritis prædicti collateralis Titii, prout latè probant & Arresto five Decisione Curie Parisiensis confirmant supra-

citati Joan. Paponi. l. 21. tit. 1. de Success. arr. 14. Brodeau ad Loüet. *Lit. P. arr. 28. pag. mibi 191. Col. 1. §. Pour le regard.* Ubinter alia notatu digna hanc rationem reddit, quod haec bona ex linea ascendentis non pervenerint ad defunctionem, sed primævam naturam acquisitorum retinuerint, unde etiam Anno 1659. **20** 28. Augusti & eodem Anno 22. Decemb. in Causa extrajudiciali Meuten contra Graß apud nos iudicatum fuit, quod de honis, quae Frater acquisiverat, cui Soror ab intestato sucesserat, testari potuerit dicta Soror, quod minimè lieuisset, si haec bona per collateraliter sucessionem Jus & naturam hereditariorum afflumpsiens, cum illa non admittant Testamenti factiōnem juxta Ordinat. *Cap. 69.*

Hac de allodialibus sint dicta, ad feudalia autem non extendit se Jus Revolutionis, sed in illis suceditur secundum regulas Juri feudalium, per Text. in Ordinat. nostra feudali *Cap. 3. §. Wan jemand. Ibid. Ob der nächster Lehns-Erb sei des abgestorbenen Lehns-Dragers, &c. seq. in Verbis: Derrehter Lehns-Erb.* Hac enim manifeste evincent, in feudiis non allodialibus, sed feudales heredes succedere, quibus accedit aliis Text. in dict. Ordinat. feud. *Cap. 4. §. Und ist. Ibid. Die Sachen nach den Lehns-Nächtern erörteren. Neque adversatur, quod ordinat dicit. Cap. 88. loquatur indefiniti de bonis, nam cūm hec confutetur in multis corrigat non solum Jus commune, sed etiam usus feudorum, neque speciale mentionem faciat bonorum feudalium, ideo indefinita locutio sapientia allegari *Cap. 88. extendi non debet ad feuda fuisse Rotent, de Feud. Cap. 7. conclus. 17. Cap. 9. conclus. 13.**

Excepit tamen feuda mere, absolue & **22** omnino hæreditaria, nam si de talibus Feudis ageretur, non improbariliter defendi posset, quod in iis Jus Revolutionis obtinet, cūm de his velut ceteris rebus hæreditariis quoad successionem judicetur, Rosenth. *Cap. 2. concl. 35. num. 4. & dict. Cap. 7. conclus. 17. num. 11.*

Hinc etiam colligere licet, quid sentientium sit circa bona Churhmedialia tanquam feuda planè degenerantia & impriposta, de quibus vide Ordinat. *Cap. 93. §. So auch Ibid. Churnode, & Cap. 95. §. So viel nun, n. Verbo: Churnode, Rosenth. de Feud. Cap. 2. concl. 64. & Cap. 6. concl. 66. num. 2. Item Cap. 7. concl. 33. num. 22. Lamberr. Goris Advers. Juri tract. 3. pars. 1. cap. 13. num. 10. Wehner. praktic. Observ. in Verbo: Churnode. Frideric. à Sande in Confutat. feud. Gdr. & Zutphan. tractat. prælimin. cap. 1. num. 30. Historian meam num. 270.*



CAPUT

CAPUT QUINTUM.

Quomodo accipi debeat Consuetudo, daß die Güter fallen und erben sollen hinter sich an die nächste Erben,
daher sie kommen.

SUMMARI A.

1. *P*rimò opinantur aliqui, quod specieitate sit persona immediata Patris vel Matris; non reflectendo ad causam mediatam & originem bonorum.
2. Reprobatur hac opinio.
3. Altera opinio est, quod si, qui succedere vult, descendere debet ab eo, qui bona acquisivit.
4. *A*n verba: Daher sie kommen, praeceps, referri debent ad communem stipitem, & numerum decimo nono.
5. Familia appellatione qui veniant, & numero vigesimo.
6. Parentes & acquirentes nihil magis exceptint, quam ut bona sua ad liberos & descendentes quam longissime possint transmittere.
7. Descendentium possissimum interest bona Majorum in familia conservari.
8. Consuetudo dissentanea à fidei communis strictissime interpretanda.
9. Predita secunda opinio videtur esse recepta apud eos, qui simili confuetudinibus sintur.
10. Allegantur praedicta pro hac opinione.
11. *L*icit fuit Revolutionis obtinere, quando tam defunctus, quem ad eum successione contendunt descendunt ab uno eodemque fratre.
12. Sufficiat tamen tercia opinione, quod parentes successione sibi propinquos collaterales primi acquirent, etiam si directe non descendat ab eo.
13. Probatur hec opinio ex ipsi verbis confuetudinis & extenu Ordinationis numero decimo quarto.
15. Per hanc opinionem magis prouidetur conservatio familiarium.

Pulchra & mulieries ad disceptationem judiciariam deducta est questio, quis sit verus & genuinus sensus five intellectus Confuetudinis nostrae, daß die Güter fallen und erben sollen hinter sich an die nächste Erben, daher sie kommen.

Primum sunt, qui opinantur sensum hujus Confuetudinis esse, quod in bonis à Patre ad defunctum devolutis agnati proximi ex linea paterna sibi admittantur, in bonis autem, que defuncto Iure successioneis à Matre observantur, cognati ex parte Matris tantum succedant, adeo ut solummodo recipi debeat persona proxima & immediata Patris vel Matris, & an bona ab hac vel ab illo ad ultimum defunctum pervenerint, nec curerent de interiori & scrupulosa indagante, à quo scilicet illa bona quondam acquisita sint. Et ita Status Provinciales Anno 1563. perierunt declarari Ordinationem, ut notavi *supra Cap. 1. num. 12. & 14.* Faciunt etiam pro hac

16. Ordinatio probibit testamenti factiōnē de bonis immobiliis hereditariis, comprehensū etiam bona, que testator tantum sibi stipitalia, non autem successores ab intestato.
17. Distincta praeceps & observantia maxime utilis est explicandi legibus, statutis & consuetudinibus.
18. *J*uxta hanc tertiam opinionem sapissimū iudicatur, ne offendunt prejudicia subiecta.
19. *V*erba: Daher sie kommen, trias referri possunt ad quenlibet acquirentem, licet non sit communus progenitor.
20. *F*amilia contentiva accepta non tantum descendentes, sed etiam collaterales de familia comprehenduntur.
21. Verisimile est, quod acquirentes transversales definitiā potius, quam extraneos ad bona admitti velint.
22. Collateralitas quoque interest, ut bona in familia maneat.
23. Statuta, prout jacent, & secundum literam intellegi debent, & ubi non distinguuntur, nec nos sicut ei distinguere.
24. *R*atio statutis omnes personā, casu & causa, que ista ratione continentur, includit.
25. *A*uthora referentes se ad hanc vel illas conflictū studias intelligi debent juxta terminos ipsorum confuetudinum.
26. *A*uthoritates Doctorum pro hac tercia opinione.
27. Reppondet ad praedicta pro secunda opinione aliter.
28. *M*agis standum est usi praedictis, quia verbis & ratione confuetudinis convinentur.
29. *S*ic si, qui à fratre descendit, praeferatur collateralis primi acquirentem.

opinione ea, qua de regula, paterna paternus, materna maternus tradit Carol. de Mean. ad *Jus Civil. Leidens. Observ.* 133. pag. mithi 572. Vers. Denique si admittantur, & pag. 582. *V*erb. *Dato autem.* Item *Observ.* 344. num. 83. *Joan. Grivell. Decr.* 109. num. 43 & 4.

Verum haec opinio reprobatur per antiquissimum Confuetudinem ducardis Montenensis *supra Cap. 1. num. 2. adductam, in Verbi:* Sall all Gut und Erfährl wieder zurückfallen, dar dat herkommen wehre, also lang als man dat bewiesen kan, & per ea, que habentur *cod. Cap. 1. n. 16. in Verbi.* So weit ein jeder die Sipschaft dorthun konte, item per Verba *Cap. 88.* hinter sich fallen, daher sie kommen, hec enim manifeste evineunt, non solum considerandam esse personam proximam, & an ab ea rancum bona ad defunctum pervenerint, sed altius repetendam esse originem,

ulteriusque principium spectari debere, unde & à quo boni processerint.

Hinc etiam declaratio, quam Status Provinciales Anno 1563, ut ante dictum, Ordinationi petierunt addi, tanquam à verbis & ratione Confuetudinis nostra omnino aliena minime fuit admissa, ut colligitur ex dictis supra Cap. 1. num. 13. § 16.

Accidit, quod contra hanc sententiam, que non nisi proximam & immediatam personam Patris vel Matris considerat, in pluribus successionum casibus imprimis autem Anno 1669. 3. Septemb. in Causa B. contra E. & W. nec non Anno 1672. 9. Novemb. in Causa E. contra S. apud nos judicatum fuerit, prout cum quoque refellit, & in iudicando explosam esse exemplis demonstrata supra laudatus Joan. Grivell. *dict. Decif.* 109. num. 5. 6. 7. 8. 9. & 24. Jul Brodeau. ad Georg. Louet. in *Lit. P. Arrift.* 28.

- 3 Rejecta igitur hac opinione existimant alii, pro secundo Confuetudinem nostram in eo sensu accipi debere, quod is, qui illa succedere vult, probare debeat se & defunctum directe descendere ab eo, qui primus bona, de quibus agitur, acquisivit, adeo, ut, qui per lineam rectam non descendit à primo acquirente & communi stipite, ad illum etiam non revolvantur illa bona.

Fundamenta hujus sententiae sunt, primò, quod Verba: *Daher sié kommen, non aliò quād ad communem & defuncti & ejus successionem prætendens stipitem referri possint.*

Secundò quod Jus Revolutionis conferendarum familiarum ergo sit introducētum, ut firmavi supra Cap. 2. familiae appellatione autem veniant descendentes, ut Filii & Filiae-familias, Neptes, Neptes & deinceps I. *Pronuntiatio 195. §. Familia ff. de Verb. signific. Carol. de Mean. Obs. 345. num. 9. ubi, quod qui non penderat stipite, à quo bona proveniunt, extra lineam dicantur, imò extra familiam, & habeantur loco extraneorum.*

6 Tertiò proper Vorum Parentum & acquirentium, qui bona sua ad liberos & descendentes quam longissime transmitti, & penes eandem lineam manere cupiunt, Bachov. in Notis ad Treutlerum Vol. 2. disp. 16. thes. 4. *Lit. H. in fin. Forster. de Success. ab intest. lib. 7. conel. 4. num. 20.* Ubi nīt hanc esse rationem, quod Frater consanguineus succedar in bonis paternis, Frater uterius autem in bonis ex linea materna quefisit, si de Fratris germani successionem inter consanguineos & uterinos queratur, de quo supra Cap. 2. num. 6.

7 Quarto, quia descendentiū potissimum interest, ut bona, que Majorum, id est, Parentum & ascendentiū fuerint, in familia conserventur, I. *Si in emptionem 35. ff. de minorib. Joan. Grivell. Decif. 109. num. 22. & 29.*

8 Quinto, quod Confuetudo nostra diffideat à Jure communi, adquaque strictissime interpretanda sit, & ut, quam fieri potest

minime ladar Jus commune, minus autem illud ledit, si descendentes primi acquirentis gradu remotores solum excludant proximum heredem de Jure communi, quām si collateralēs primi acquirentis etiam præferantur iis, qui alias de Jure communi succederent.

Sexto, quod hec opinio videatur esse 9 communis & recepta apud eos, qui simili Statuto vel Confuerudin urutur, prout eam in terminis Confuetudinis Moſa Trajetensis exp̄s̄ tenet saep̄ allegatus Carol. de Mean. *Obs. 133. 268. 344. & 345. Grivell. Decif. 109. n. 23. 26. & 27. Chaffan. ad Conf. fuerud. Burgund. Rubr. 7. §. 8.*

Denique, quod secundum hanc opinionem Scabini Julianenses judicarunt An. 1620. in Causa Homburg contra Bennighen, & hanc sententiam supremum nostrum Consistorium non modò confirmavit, sed etiam ita prounientaverit Anno 1651. 3. Octob. in Causa Karch contra Nagelschmidt, & Anno 1658. 24. Septemb. in Causa Spiderman contra Dünck, ut refertur.

Verum nec hec opinio mihi per omnia placet, quāvis enim non difficeret, Juri Revolutionis locum esse, quando tam defunctus, quām ad ejus successionem contendens descendit ab uno eodemque stipite, qui bona, de quibus agitur, acquisivit, hoc tamen tempore necessis esse, & præcisè requiri non admiserim.

Sed tercie opinionis loco sufficere arbitror, quod prætendens successionem ex Jure Revolutionis sit propinquus collateralēs primi acquirentis, etiam directe non descendat ab eo, nec bona, de quorum successione agitur, à communi stipite vel trunco protecta sint.

Adducor in hanc sententiam primò per 13 extum Confuetudinis Montensis supra Cap. 1. num. 2. relata in *Verbū: Sall. art. Güt und Erbsahl wieder zurück fallen, dat dat herkommen. Et eod. Cap. 1. mon. 13. Ibi: Das die Erb-Güter dahin fallen sollen, daher sie kommen. Item mon. 14. bis Verbū: In allen und jenen Erb-Gütern, & paulo post: Das alle Erb-Güter, daher sie kommen, fallen sollen. Nec non Ordinat. Cap. 88. II: Das die Güter fallen und erben sollen hinter sich, &c. Hec enim verba comprehendunt bona immobiliā hereditaria, nec diltingunt, an dicta bona à communi stipite tam defuncti, quām ejus successionem prætendentes proveniant, & respectu utriusque sint hereditaria & stipitia, an vero talia sint respectu defuncti tantum, & non ejus, qui bona prætendit. Et hec fuit ratio, quare præter argumenta à Joanne Gallo *Quaest. 87.* adducta Domini Confiliarii magno numero presentes Anno 1595. 12. Decemb. in Causa Thonis contra Binf. (de qua infra Cap. 12. Exempl. 13.) conculerint, non requiri præcisè, ut bona à communi tam defuncti, quām illius, qui succedere vult, stipite procedant, scilicet, quia*

Caput V.

13

quia Ordinatio simpliciter loquitur von Glü-
teren, non autem von Stot-Güteren.

¹⁴ Secundò me mover dicit Cap. 88. in Verbis:
In die nächste Erben, ubi iterum non distin-
guitur, an proxima Hæredes, die nächste
Erben, per lineam rectam descendant ab eo,
qui bona, de quibus agitur, acquisivit; an
verò sint transversales eius & à latere cognati,
stature autem non distinguente, nec nostrum
est distingue, & quod statutum non dicit,
nec nos dicere debemus, dixisset autem, fi
ea mens fuisset, quod prætendens successio-
nem ex lege Revolutionis descendere de-
beat per lineam rectam à communi stipe
& progenitore.

¹⁵ Facit huc tertio, quid ratio nostre Con-
fuetudinis sit, ut bona in familia maneant &
conserventur, cui certè magis provideretur
& confutetur, si non tantum descendentes
a communi stipe, sed etiam collaterales
primi acquirentis ad Ius Revolutionis admittan-
tur.

¹⁶ Quardū sicuti juxta Ordinationem Cap. 69.
de bonis immobiliis hereditariis hanc ob
causam testari prohibetur, ne bona de fa-
milia exeat, ut dixi supra Cap. 2. num. 2. ea-
que probatio etiam in bonis hereditariis,
quaè succedentibz ab intefato non sunt (stipalia,
sed testatori tantum, obtinet, & favorem
illorum concernit, qui sume de familia, li-
cet non descendant à stipe, ita quoque in
Jure Revolutionis sufficere debet, quid bona
sunt hereditaria in persona defuncti, neque
necessitate est, ut hic & contendens ad successio-
nem unum communem habeant stipitem
sive acquirentem.

¹⁷ Accidit quinto diuturna praxis & obser-
vantia in explicandi interpranditione legi-
bus, statutis & Confuetudinibus maxime uti-
lis, èo quid tertia huic opinione confor-
miter tam in priori, quam hoc facculo fa-
pissimè responsum & judicatum fuerit. Osten-
dit enim Exemplum infra Cap. 7. num. 4. allat-
um, Dominos Confiliarios à Praetore &
Scabini Juliacensibus confulso Anno 1557.

¹⁸ 22. Novemb. respondit, quid in medi-
tate bonorum ad Marem uti coacquirentem
specante, & per ejus obitum ad filium pro-
prietate tenus devolutam, filio deinde sine li-
beris mortuo Fratres & Sorores Matri, à
qua illa metietas provenit, succedere debeant
excluso Patre superfite, minime verò ita
respondit Confiliarii, nisi perspectum
habuerint, sufficere in Jure Revolutionis,
quid prætendens sit de latere primi acqui-
rentis, neque requiratur, ut recta linea ab
eo descendat, & quamvis Domini Confiliarii
Anno 1560. 15. Junii in Causa Ester contra
Woller Anno 1570. 27. Septemb. in Cau-
sa Seinen contra Dilgers. Anno 1581. 24. Ja-
nuar. in Causa Schmidii contra Koppel. An-
no 1597. 8. Julii in Causa Nolman contra
Behmer, & pro Patre vel Maatre liberis su-
perfite, contra premarri Patris Matri se
collaterales judicarint, utlatius infra Cap. 12.

Exemplo 1. 2. 3. 5. &c. factum tamen hoc est
ob speciales rationes in ipsis causis & casibus
militantes, & infra Cap. 7. num. 5. 6. 7. 8. & 9.
allegatas, non autem properea, quod in
Iure Revolutionis probari debet descensus
à communi stipe eo minus, quia in Causa
Bormani contra Rümerling Joannes & Mar-
garetha Meijer linea etiam recta descendentes
à Gerhardo Meijer ob ante dictas speciales
rationes exclusi fuerunt à medietate bono-
rum ab hoc Gerhardo provenientium, prout
videtur licet infra Cap. 12. Exemplo 4. in Dö-
minus Pro-Cancellarius Bernardus Zumpürz,
Vir Jurium & Confuetudinum Patriæ peri-
stissimus in prefata Causa Nolman contra
Behmer expresse sustinuit. Es sepe hiebever
beschlossen, daß wegen des Rückfalls nicht ge-
schill werden solle. An à stipe venian bona,
&c. ut appareret ex ipsis Voto infra Cap. 12.
in quinto Exemplo.

Eodem ulterius tendunt res apud nos ju-
dicante Anne 1560. 10. Sept. in Causa Emb-
sen contra Wassenberg. Anno 1595. 12. De-
cemb. in Causa Boeners contra Souter. Anno
1604. 19. Octob. in Causa Rouffiani contra
Boeken. Anno 1605. 10. Nov. in Causa
Sinc contra Deutz. Anno 1607. 3. April. in
Causa Spetgen contra Hanßen. Anno 1601.
11. Septemb. in Causa Arnolds contra Jun-
cker, & Anno 1643. 10. Sept. in Causa ex-
trajudiciali Christiani Schmidii contra Euge-
nii im Brod, und Johanna Epiernagel,
de quibus lariis infra Cap. 12. Exemplo 8. 9.
10. 11. 13. 14. 19. 20. 21. 26. &c. Hæc enim
satis evincunt, quid etiam collaterales pri-
morum acquirentium admitti fuerint ad suc-
cessionem honorum Revolutioni obnoxiorum,
quibus consequenter nos quoque ira
judicavimus Anno 1669. 3. Sept. in Causa B.
contra E. & W. nec non Anno 1672. 8. No-
vemb. in Causa E. contra S.

Firmata igitur hac opinione, quid suffi-
ciat, ut aliquis sit proximus Confanguineus
ultimo defuncti, & collateralis ejus, à quo
bona, de quorum successione agitur, pro-
veniunt, neque omnino necesse sit, ut per
lineam rectam ab eo descendat, facilis est
responso ad argumenta contraria opinio-
nis, & quidam ad primum, quid Verba:
Dabat sic formam, non respiciant præcie 19
communem stipitem defuncti & ad ejus suc-
cessionem contendentis, sed æquè referri pos-
sunt ad quilibet alium acquirentem, à quo
bona provenerint, licet non sit communis
Parens & Progenitor, & quidam Adverbium
Unde sit generale, & ex ratione Confuetu-
dinis nostre, que est conservatio familia um,
explicari debet; conservarunt autem familia
tam per transversales acquirentis, quam
linea recta ab eo descendentes. Quibus
adde Jul. Brodeau ad Georg. Losset Lr. P.
Arref. 28. pag. mibi 189. Col. 2. in princ. Ubi
air, non requiri defensum à stipe, etiam
Statutum vel Confuetudo uratur Verbis:
Unde procedunt.

B 3

Ad

Ad secundum argumentum respondeo, quod familia contentiva five comprehensive accepte non descendentes tantum, sed etiam collaterales complectatur, Knipschild de *deicomin.* Cap. 8. num. 22. & 23. Idque eò magis in subjecta materia, quod alia, si nempe collaterales à Jure Revolutionis excluderentur, bona in alienas transirent familiis, quod est contrarationem hujus Confuetudinis, que vult, ut bona in familia maneat.

Non urget etiam tertium argumentum, quamvis enim eorum, qui bona acquirunt, mens & commune votum sit, ut posteris & descenditibus provideant, verisimile tamen est, & omnino presumendum, quod acquirentes potius transversales de familia, quam extraneos ad illa bona admitti velint.

Quarta in contrarium adductae ratione satisfit per hoc, quod sicuti descenditum interest dicuntur, ut bona à Majoribus & descenditibus acquisita ac possessa apud se maneat, ita collateralium de familia non minùs interfit, ut bona in familia conferetur.

Quintum argumentum aliquod negotium facilius videatur, sed re bene inspectè non obstat, tum quod Statuta prout jacent, & secundum literam intelligi debeant, & ubi Statutarum non distinguunt, nec nostrum sit distinguere, Gál. lib. 2. Obf. 33. num. 1. & 2. Secuti nostra Confuetudo non distinguunt, an bona proveniant à communī filiis vel a transversali primo acquirent, nec etiam inter heredes à primo acquirentē descendentes & ejus collaterales, ut latius ostendit *Cap. num. 13. & 14.*

24. Tum quod ratio Statuti omnes casus personas & causas, que ita ratione continentur, includat, etiam si exinde Juris communis correctione securata esset, Hunn in *Encyclop. Jur. univer. Ipar.* 1. tit. 3. cap. 7. de *Interpret. Status.* num. 35. & 36. Atque rario nostra Confuetudinis, nempe conservatio familiarium, comprehendit etiam transversales de familia primi acquirentis, ergo dicti transversales admittendunt, licet Jus communitate magis per hoc laceratur.

25. Authores in sexto fundamento adversa opinionis allegati intelligi debent juxta Confuetudines, ad quas se referunt, proinde ad nostram Confuetudinem commodè trahi non possunt. Nam Carol. de Mean. & Moline loquuntur de Confuetudine & Regula paternis, materna materialis, nostra Con-

fuerudo autem plus habet & alter sonat. Joan. Grivell, dicit, Dec. 109. occupatur circa Confuetudinem Dolanam hujus tenoris: *Les biens enfluent la ligne, dont ils sont mouvans en Succession ab intestat, c'est à savoir les eniens biens & heritages procedans du costé paternel, effectués aux parents de la ligne paternelle, & les procedans du costé maternel, aux parents de la ligne paternelle, nostra Confuetudo vero nullam mentionne fait latens, vel linea paterna aut materna, nec etiam loquitur de bonis avitūs & hereditariis antiquis, sed simpliciter de bonis, quod illa in successione ab intestato eo recidere & revolvi debeant, unde provenerunt. Nec mirum, quod Chassan, citat. Rubr. 7. §. 8. sentiat bona, de quorum successione agitur, à communī stipite tam defuncti, quām ejus qui fuccedere intendit, provenire debere, nam Confuetudo Ducatus Burgundiae expressis disponit, quod hereditaria sequantur in successionebus linearē truncī, filiis, vel ejus linea non incminet.*

Præterea si authoritatibus Doctorum agendum est, non defuit magni Nomini Juris-Confutati, qui sentiunt non requiri, quem directè descendere ab eo, qui primus bona queavit, sed sufficiere, quod fit ius collateralis, inter quos est Papon. lib. 21. 26 tit. 1. de *Success. legit. arreft.* 14. & 17. Joan. Gall. quæst. 87. in *upradicta Causa Thomis contra Biñet à Domino Referente allegatus Carol. Molin. in Apotilla ad Joan. Gall. dicit. quæst. 87. Choppin. de *Movib. Parif. lib. 2. tit. 5. num. 8.* Valer. Andreas ad *Instit. Zofie lib. 3. tit. 2. de legit. agnac. Success. num. 3. Jul. Brodeau ad Georg. Louet. Ltr. P. Arreft. 28. Verf. l'autre opinion pug. nibi 188. & ibidem citatur.**

Denique non obstant prejudicia ex adverso allegata, dato enim, quod juxta illa collaterales primi acquirentis repulsam rulissent, exstant tamen contraria prejudicia, eaque antiquiora & recentia menti & verbis Confuetudinis nostra magis convenientia & solidioribus inmixta fundamentis, quibus proinde standum esse censeo, & his consequenter concluso sufficiere, quod pretendens successione ex lege Revolutionis sit cognatus collateralis primi acquirentis.

An autem is, qui linea recta descendit à primo acquirente, gradu tamen remotor est, præferatur illi, qui est collateralis primi acquirentis & proximior in gradu. Vide infra *Cap. 12. Exempla 21.*



CAPUT

CAPUT SEXTUM.

Quibus in lineis locus sit Juri Revolutionis?

SUMMARIA.

1. **J**us Revolutionis non habet locum in Successione descendenterum.
 2. **O**btinet autem in Successione ascendentium excepto aliquibus casibus Num. 4.
 3. Procedit etiam Jus Revolutionis in Successione collateralium.
 5. Origo bonorum consideratur, usque dum Successio ordinaria Jure locum habet.
- I. **J**US Revolutionis non habet locum, quando descendentes succedunt ascendentibus, prout aperte indicat Conseruador Ducatus Montensis *sopra Cap. 1. Num. 2.* adducta in Verbis: *Man fein Lyppe-Ge-
burt davan in lefftē. Si igitur defunctus li-
beros, nepotes, vel ulterioris gradus des-
cendentes relinquat, hi succedunt ei secundum
Ordinationem Cap. 70. 71. 74. &c.*
2. **O**btinet autem Jus Revolutionis in Successione ascendentium, five defunctis filios ascendentis relinquat, de quo cuius tractat Ordinatio Cap. 80. five secundum Cap. 81. concurrent Fratres & Sorores utrinque coniuncti, eorumque Liberi, five etiam juxta Cap. 82. Pater aut Mater, Avus aut Avia ad secundas transtulerunt nuptias.
3. **P**rocedit quoque Jus Revolutionis in Successione collateralium, quando scilicet de-

functus nec descendentes, nec ascendentes, sed collaterales tantum reliqui.

In dicta, inquam Successione, ascendentis & collateralium regulariter attendi debet praerogativa originis, unde bona, de quibus agitur, provenient, ut clarum sit ex iis, quae notarii *sopra Cap. 1. Num. 5. 6. 7. 8. 9. 10.* 20. & *infra Cap. 12.* Exemplis demonstrabo.

Dixi regulariter, excipiuntur enim aliqui casus in Successione ascendentium, de quibus fuisse *Cap. seq. à num. 1. usque ad n. 9. inclusivē.*

Consideratur potrō origo bonorum, usque dum Successio ordinaria Jure locum habere potest. Rickius de Union. Prol. Cap. 2. n. 24. *Illi.* Sextō ampliatur Grivell. dec. 109. num. 9. his Verbis: *Si modō ij. qui Successionem pre-
tendunt, sint in re legitimos gradus succedendi.
Item num. 32. ibidemque allegatur Tiraq. de res.
lig. §. 1. gloss. 9. num. 23.*

CAPUT SEPTIMUM.

De quibusdam Casibus in Successione ascendentium sæpius controversis & decisis.

SUMMARIA.

1. **B**ona per Conjuges stante matrimonio acquisita communis sunt inter viventem & uxorem.
2. **M**are & Liberi promovunt, an Pater su-
perfites, an vero collaterales definita Matri suc-
cedant Liberos in medietate acquisitionum, que à Ma-
tre proveniunt.
3. **P**ro collateralibus facit Ordinatio Cap. 88.
4. **P**ro his etiam r̄spondent Consiliorum Duci Wil-
helmi Anno 1557. 22. Novemb.
5. **C**ontra Pro Patre vel Matre superfite militis Ordina-
tio Anno 1555. 1556. 1557. & 1562. edita
Cap. 80. & 82.
6. **I**tem Sententia in Causa Eher contra Doller Anno
1560. 15. Junii lata.
7. **E** Wilhelmus Ducus declaratio Ordinationis Anno
1565. edita Cap. 82. inserta.
8. **F**acit præterea pro Patre vel Matre superfite, quod
non solum sive sanguine proximi, sed etiam con-
quisuerint.
9. **E**xistat quoque in favorem Patrii Maritivi su-
perfites prejudicia & res judicata, ubi etiam re-
missive de bonis ab Ave & Avia acquisitione stante
matrimonio.
10. **Q**uid Juris sit in bonis, ab uno Conjugis ante
matrimonium parti.
11. **P**ro Consanguineis acquirentis sapius judica-
tum.
12. **B**ona ad Liberos semel devoluta sunt heredita-
ria & Revolutionis obnoxia.
13. **D**ispositiones Ordinationis Cap. 80. derogatur per
clausulam finalēm Cap. 88. quoad bona hereditaria
à definita relata.
14. **C**ap. 82. videtur loquā tam de bonis ante matri-
monium, quam eo constante acquisitis.
15. & 16. **S**ed probabilitus est dict. Cap. 82. acci-
piendum esse de bonis ab utroque Conjuge stante
matrimonio parti.
17. **U**beriori favore prosequimur inter Conjuges,
qui communī amboīnū labora comparata, quam
unius tantum ore & sudore quaesita.
18. **D**e Sententia Camera Imperialis in Causa
Spetgen contra Hansem.
19. **A**rticulatio de intellectu Cap. 82.
20. **A**b opinione in contradictorio iudicio firmata
non facile est recidendum.

Joan.

- J**oannes & Maria Conjuges emerunt constante matrimonio bona immobilia que ex consuerudine DucarumJuliae & Montium, in quibus sita sunt, ad utrumque Conjugem spectant ex aequo, seu pro media ad unamquemque parte, ut dixi in Historia Jur. Civil. num. 92. & appendice num. 158. ex hoc matrimonio natus est Paulus, qui Matre postea defuncte in medietate, quae ad illam spectavit, proprietate tenus succedit. Ordinat. Cap. 70. Salvo Patri usufructu per text. in Cap. 95. §. 1. mortuus deinde est Paulus superfluitibus ei Joanne Patre & Marie Matris Fratribus & Sororibus germandis.
2. Quæritur, quis potior sit in successione mediae partis bonorum à Joanne & Maria acquisitorum, ac ex dictâ Marie capite ad Paulum Filium devolutorum, an Pater Joannes, an Frates & Sorores Marie?
3. Pro Fratribus & Sororibus facit, quod controverbia medietas à Maria provenerit, adeoque ad ejus Frates & Sorores uti proximos Confanguineos revolvit debeat, per text. in Ordinat. Cap. 82. Ibi: Daß die Güter fallen und erben sollen binder sich an die nächste Erben, daher sie kommen.
4. Pro his etiam responderunt Consiliarii Ducis Wilhelmi à Prætor & Scabinis Julianib[us] consulti Anno 1557. 22. Novemb. ut patet ex sequenti Causa & Resolutione.

Causa.

Item. Ist einer im Leben gewesen, hat mit seiner Haushfrau etliche Erbtagte gegeben, und haben samen ein Kind gelassen, demnach ist die Mutter verstorben, da hat der Mann seine zweite Haushfrau genommen, und mit derselben auch ein Kind erworben, so ist das Vor-Kind erst, und darnach der Vater gestorben. Nun vermeint das Nach-Kind, daß die geworbenen Güter ihm allein zustehen sollen. Demnach kommen der erste Haushfrau rechte Brüder und Schwestern, und verneinen, als solche Güter ihr Mann und sie gespendet und geworben, und keine Leib-Erben verlassen, so sollte die Helfende der Güter ihnen zukehren, nachdem alle Güter dahin fallen und erben sollen, da sie herkommen seynd.

Resolutio.

Dieser Articul hat nach altem herbrachten Gebrauch etlicher massen seine Erledigung in der Reform, im Tit. Beschlüß von Succell. und solle verstanden werden, daß auf solchen Fall der abgestorbene Mutter (oder auch des Vatters) alle verlassene Güter ihren nächsten Cognatis zum halben Theil, und dan auch dem Kind in der zweiten Ehe gebohren, zum andern halben Theil anfallen sollen.

Id est, quod in una medietate, quae ad Matrem coacquirentem spectavit, succedant Cognati materni, altera medietas vero, quae

Patris fuit, post eius mortem ad Filium ex secundo matrimonio genitum devolatur.

Contra vero pro Patre militat Text. Ordinat. Anno 1555. 1556. 1557. & 1562. edita Cap. 80. §. Wa aber aus Vatter oder Mutter ihr eins mit Todt abgangen, so erbt das ander, si noch im Leben ist, alle Güter und Habere unverheidentlich vor allen Anderen und Austrafen und allen anderen Freunden. Item Cap. 82. §. So ein Mutter. Ibi: Dan auss jölichen Fall, so bleibt der Mutter oder Austrau nicht allein die Leib-Zucht oder Abmuzung solcher Güter die ganze Zeit ihres Lebens, sondern auch dero Eigentumb, damit zu schaffen und zu thun, was ihr geliebt, & §. Solche Erbfolgung, ubi idem statutur de Patre & Avo.

Prout etiam pro Patre contra Cognatos 6 Matris judicatum fuit Anno 1560. 15. Junii in Causa Eher contra Boller, uti latius infra Cap. 12. in primo Exemplo.

Hanc Textuum Ordinationis & opinio-7num discrepantium videntur Consiliarii accende-8nte Ducus Wilhelmi autoritate conciliata, dum Anno 1563. (quando Ordinatio revisa fuit) praedictum Cap. 82. declararunt: Daß der Mutter in den Eib-Gütern die Leib-Zucht, aber in den gewonnenen und geworbenen Gütern auch dero Eigentumb verbleiben solle. Sicuti notavi supra Cap. 1. num. 10. & in Histor. Jur. Civilis pag. 3. in additionib[us] & declarati-9onibus marginatis num. 83. & seqq. Cumque haec declaratio Ordinari anno 1565. impressa & postea siepius recusa diff. Cap. 82. §. 1. inferta, & in §. fin. ad Patrem extensa sit, videbunt habere Textum expressum, quid in bonis immobilibus stante matrimonio partis Pater vel Mater superfluitus liberis succedat exclusis praefunctis Conjugis coacquirentis Confanguineis.

Cui quidem eò magis standum esse cen-10fleo, cum quia Pater Materve superflues non solum suar proximi in gradu, sed etiam bona, de quibus agitur, coacquiriverunt, & sic dupli Jure nituntur sanguinis nimurum & coacquisitionis, tum quid ita iudicatum fuet-11rit Anno 1570. 27. Septemb. in Causa Heinen contra Hilgers. Anno 1581. 24. Januar. in Causa Schmidtis contra Roppel. Anno 1586. in Causa Borman contra Kämmering. Anno 1597. 8. Julii in Causa Nelman contra Beh-12mer. Anno 1627. 24. April. in Causa Brüch Ettardi contra Pühseldt. Anno 1679. 29. Auguisti in Causa Meyenbergh contra Court, & Anno 1680. in Causa Hoithausen contra Benth, ut pleniū videre licet infra Cap. 12. Exemplo 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 22.

Quid etiam sentendum est de bonis ab Avo & Avia stante matrimonio acquisitis, dicam infra Cap. 12. Exemplo 23. 24. & 25.

His succedaneis est illa quæsto, quomodo 10 nempe succedatur in bonis ab uno Conju-11gum ante matrimonium acquisitis, & per illius obitum ad liberos devolvis, si liberi deinde improles moriantur superfluitibus Pa-12tre vel Marre ex una & Cognatis primi acqui-13rentis ex altera parte.

Caput VII.

17

- 11.** Et pro Consanguineis dicti acquirentis juc-
dicarunt Domini Consiliarii Anno 1570. 27.
Sept. in Causa Heniten contra Hilgers. Anno
1595. 12. Decemb. in Causa Goenens contra
Zoerf. Anno 1604. 19. Octobr. in Causa
Koujeman contra Boecken. Anno 1605. 10.
Novemb. in Causa Einf contra Deuts. & Anno
1607. 3. April. in Causa Spergen contra Han-
sen, per rationem, quod bona ante conjugium
acquisita, & morte acquirentis ad libe-
ros proprietari devoluta in persona libero-
rum sive hereditaria & patrimonialia, adeo-
que ad proximos cognatos primi acquirentis
revolubilia, per sepe allegat. Cap. 89. ut latius
ex iis apparet, que dicam infra Cap. 12. Ex-
empli 2. in Notis ibid. à principiis usque ad §. secun-
do. Item Exempli 8. 9. 10. &c. 11.

- 12.** Nec obstat Ordinatio Cap. 80. §. Ma aber
aut Battier, eò quod hoc Cap. despiciuntur
sit ex Jure communii, huic autem, quoad
bona hereditaria à defuncto reliqua derogeratur
per Clafulam finali Cap. 88. ut plenius dixi
supra Cap. 1. num. 5. 6. 8. 9.

- 13.** Non movet etiam, quod Ordinatio Anno
1565. edita Cap. 82. indefinitè loquar debonis
acquisitiis prouinde tam ab uno Conjugum
ante matrimonio, quam eo constante ab
utroque acquisitorum proprietate super-
steti deferre videatur, cum indefinita equi-
pollet universali, & qui dicit omnia, exclu-
dit nihil.

- 15.** Respondetur enim patere ex predi-
ctis, quod ante Ordinationem Anno 1565.
editam, in una altera Causa controversum
fuerit, an Pater vel Mater præceptis morte
liberis superstites succedentes debent in media
parte bonorum sive matrimonio quesito-
rum, que ad promormum Conjugem spe-
ctavit, an vero illa medietas postposito Patre
vel Matre revolvetur ad Consanguineos
Conjugis primi defuncti, à quo processit?

Cumque, ut ante dissi, hoc controversia
Anno 1563. & 1564. in favorem Patris Ma-
trisve superstitis decisâ, declaratumque fues-
tit: Dap dem Batter oder Mutter in den gewou-
nen mit geworbenen Gütern der Eigenthumb
beibe, ratio suaderet, ut haec declarati Ordini-
nationi Anno 1565. impetrata addita de bonis
constante matrimonio partis (quorum ergo
lis erat) accipi & intelligi debeat; Extra hunc
caſum verò & ad bona ante Conjugum acqui-
sita (de quibus tempore prædicta declaratio-
nis forte non fuit cogitat, neque antecipi-
gatum) minimè extendatur. Sed illa juxta
Cap. 88. Consanguineis prædefiniti Conju-
gis, unde processerunt, relinquantur; ma-
xime cum inter utrumque genus acquestuum
haec disparitas sit, quod multo uberiori favo-
re proteguntur inter Conjuges, que com-
muni amborum labore, solertia & industria
empta & parata sunt, quam unius tantum ère
& fudore questra, ut apposse inquit Renat.
Choppin, de morib. Parifor. lib. 2. tit. 5.
num 14. Ibid: Sed agiturum est.

Retraçavit quidem Camera Imperialis sen-
tenciam in supradicta Causa Spergen contra
Hilger apud nos latam, & bona à Nevisen von
dem Berg in colibatu acquisita Matri liberis
superstite adjudicavit, ut videtur licet infra
Cap. 12. Exempli 11. Verum cum ratio hujus
reformatio me lateat, præterea attellatio
Dominorum Consiliariorum & Aulici nostri
Judicij Commissariorum dicto Exempli 11. in
fine subnexa haud obscurè indigjet, quod
Cap. 82. de bonis sive matrimonio compa-
ratris, non verò de iis, que ante matrimo-
nium quis acquisiverit, semper intellectum
sit, difficulter adduci possum, ut ab hac op-
inione tot prejudiciis in contradicto judicio
apud nos obrenti firmata recedam, donec
de solidâ ratione antedicta Reformatio
Cameralis plenius instruar, vel per novam
declarationem Principis aliud statuarum.

CAPUT OCTAVUM.

Duplicitas vinculi & identitas cognominis an in Jure Revolutionis attendi debeat?

S U M M A R I A.

1. In casibus, ubi secundum huius communis & Or-
dinacionis consideratur duplicitas vinculi,
utremque conjuncti excludunt una salutem late-
re jure, licet hic & illi descendant ab eo, unde
boni, de quibus agitur, provenerint.
2. Exemplificatur hoc in fullo, quo Defuncti Sores
& preworturi Fratris Liberi utremque conjuncti
contendunt ad bona, contra Fratrem consanguineum.
3. Ideo obtinet, si Defunctus solos Fratrum utremque
conjunctorum Liberos & Fratrem consanguineum relinquerat.
4. Ultra Fratres utremque Liberos non attendunt
duplicitas vinculi. Item num. 9. 10. & 21.
5. Amorisbus nostris utremque conjuncti preferantur
ex uno latere jure, si & hi & illi sint ex recta
linea quis, unde bona provenerint.
6. Exemplum & prejudicium pro affirmatione.
7. Libera primi matrimonii dicitur bona immobilia
ab ascendente provenientia.
8. Verius est, dictum Aut, apud nos observari, nec
duplicitatem vinculi attendi debere in causa propria.
11. Claſſula tamiraria Cap. 88. Dass die Güter
fallen sollen hinter sich ic. non repellit ex uno

C

latere


Tractatus de Jure Revolutionis.

- latere conjunctum & proximorem defuncti, modo sit ex linea, unde bona provenierunt.
12. Per hunc aquæ ac per utrimque conjunctos familiae conservata potest.
 13. Etsi confusorularia nostra Revolutio sit favorebilis, ita tamen interpretari debet, ne per eam sive communis nimis corrigatur.
 14. Statuta sic sunt interpretanda, ut unum patius quam duo contra Ius commune operentur.
 15. Dupliciter corrigetur Aut. post Fratres, si non solum proximior, quia non est de linea, unde bona proderent, repellentur, sed etiam duplicitas vincit attendi debet.
 16. In regula paterna paternæ, materna maternæ, non resipicit duplicitas vincit ultra Fratres & strinque Liberos.

Pro resolutione hujus questionis quoad duplicitatem Vinculi ponو duos, in quos illa questione incidere potest, Causa: Primus est, quando & Ius commune & Ordinatio nostra habet rationem duplicis Vinculi, & tunc etiam in Jure Re-

17. Quod confirmatur exemplis & rebus judicatis.
18. Removeretur contraria.
19. Ordinatione Cap. 74. satisfactum est, quando Liberis semel succedentes in bona &c.
20. Aliquo descendenter ex primo matrimonio sine Liberis ascenderibus, Fratribus & eorum Liberis mortuis, agitur de interiorum collateralium successione.
21. De qua non tractat Cap. 74, sed quomodo Liberi ex diversis matrimoniorum proverbe succedant Parentibus, unde causas successioneis collateralium ibidem omittit, remanet sub dispositione Cap. 88. & Aut. post Fratres.
22. Idemius cognominis non tribuit preferentiam in Jure Revolutionis.

volutionis utrumque conjunctus excludit uotum latere junctum, licet hic quoque descendat ab eo, unde bona, de quibus agitur, provenierunt, & sit gradu proximior. Exempli gratia.



Maximilianus Parentibus successit in prædia A, B, C. & ex Petronella successit Sixtus, Prisca & Urbanus, mortuū Liberū Maximilianus ducit Eleonoram, ex quo matrimonio natus est Marcellus, deinde obiit Eleonora, & post eam Maximilianus, sive juxta Ordinationem Cap. 74. Liberis primi matrimonii obveniuerunt diœci prædia A, B, C. vel ex linea ascendentis provenientia. Sexto autem in divisione hereditariorum cessit prædium A, qui potest celebrium supremum clausit, superstitibus ei Sorore Prisca & prædefuncti Fratris Urbani Liberis Vincentio & Monica, nec non Marcello Fratre consanguineo: Quare tur, quod Sexto succedit in prædium A.

Respondeo Soror Prisca & Urbani Fratris præmortui Liberi Vincentio & Monica, tanquam defuncto Sexto utrumque conjuncti, ita ut in stirpes succedant, excelsu Marcellus ex uno solum latere conjuncto. Novell. 118. de hered. ab int. Cap. Si defunctus igitur 3. Ordinatio Cap. 83. & Cap. 87. Keller de Jure fuced. ab int. tit. 20. cap. 2. num. 11. Nec obiit, quod Marcellus etiam sit ex linea Maximiliani, unde prædium A. provenit, repellitur enim per hoc, quod Prisca, Vincentius & Monica non solum sint ex eadem

linea, sed etiam defuncto Sexto utrumque conjuncti, due autem rationes vincunt unam, & plura Vincula fortius ligant, quam unum.

Ex eadē ratione removeretur Marcellus, si Sextus præmortuū Sorore Prisca solos Priscae & Urbani Liberos reliquerit, quamvis hoc casu non in stirpes sed capita successissent. Urbani & Priscae Liberi. Ordinat. Cap. 86. Mysming. Cent. 3. Olfer. 94. num. 4. Keller. dict. tit. 20. cap. 3. num. 22. & seqq.

Licet vero (qui alter casus est) de Jure communis ultra Fratres eorumque Liberos, potior sit in successione, qui prior est gradus, nulla habita ratione duplicitas Vinculi. Aut. post Fratres Cod. de legi. hered. Novell. 128. de hered. ab int. Cap. Si defunctus 3. &c. &c. verò neque Fratres, Schneid. ad Inflit. lib. 3. tit. de heredit. ab int. in tertio Ord. succed. num. 34. Keller dict. tit. 20. num. 41. Sutholt. Difensat. 11. Apborism. 74.


Non èd minus tamen si prius in foro nostro controvertum & discepsum fuit, an in casu allegato Aut. post Fratres, remotor utrumque conjunctus præferatur proximiō ex uno latere conjuncto, si ambo sint ex recta linea ejus, unde bona provenierunt.

Affirmavimus suadere videretur sequens Exemplum & præjudicium.

Petrus

Caput VIII.

19



Actores se fundant in eo: Dass nach Helenen Ofermans tödtlichen Abgang dero Kinder Catharina und Joannis Honen die nachgelajene Erb-Güter unter sich geheilt und gehälstet, dießelbe auch in freitlicher Possession gehabt und als folgends Catharina Honen und darnach ihre Tochter Helena Honen ohne einige Erben in ab oder aufsteigender Linien verstorben, wären die Güter, so von Helenen Ofermans herkommen, aufs die Kläger gefallen der Beßlager aber hätte gewollte Helenen Honen samt ihren Gütern nach Absterben ihrer Eltern zu sich genommen, dergestalt auch die freitige Güter im Gebrauch befkommen, und mit der That occupirt.

Reus excipit: Dass er der abgestorbenen Helenen Honen rechter Erbein von einer Seiten, die Kläger aber des Theimes Joannis Honen Kinder, und also einen Grab weiter seyen.

Die von Sittardi haben den Beklagten, so viel die Güter unter ihrem Gerichtswang gelagen, anlangt, absolvit cum Expensis, davon Actores appellat; Dienst nun die Räthe nach Befreiung der Acken befinden, dass die Actores der abgestorbenen Helenen Honen näher als Beßlager, so viel die Güter von Helenen Ofermans herkommend anlangt, so haben sie erkenn, wie folgt:

In Appellations-Sachen sich erhaltende jüdischen Schrotw als Curatora ad Lititem; Leonarden Honen von wegen dessen und seiner Brüder und Schwester Appellantia Eins und Peteren Heinen Appellantia anderer Theile ist allem Fließungen nach durch des Durchleuchtigen, Hoch-Gebohrnen Fürsten meines Gnädigen Herrn Herzogen zu Görlitz, ic Räthe zu rechte erkam, dass durch voriger Instans Richter übel geurtheilt, und wofür davon appellir, derwegen solche Urtheil zu rerrichtern und erkennen, dass der Appellar Original-Beßlager den Appellantia Principal-Klägeren die gejorderte und in Actis benannte Güter mit allen von Zeit der Kriegs-Befreiigung erhobenen Abnugungen je zu antworten schuldig, die Gerichtliche Kosten aus bewegenden Ursachen gegeneinander kompenſirend. Urfumb-Hochgemelten meines Gnädigen Fürsten und Herrn hierunter gedrucktem Secret-Siegels. Geben zu Disponenten den 13. Martii Anno 1566.

Ratio decidiunt parer ex verbis: Dass die Actores Helenen Honen näher als der Beßlager-

ter, so viel die Güter von Helenen Ofermans herkommend anlangt. Quasi Domini Confiliarii voluerint dicere, quod bona immobi-⁷lia ab Helenen Ofermans provenientia debeantur Liberis & Descendentibus primi matrimonii secundum Ordinationem Cap. 74. proinde Helenen Honen mortua bona questionis ad Actores, ut proximiores illius linearum, in qua fuerunt, revolvi, reus autem ex secundo theoro natus licet gradu proximior exclusi debuerit ab his bonis, quamvis superfluerunt Descendentes primi Conjugii ex utroque latere defunctorum Helenen conjuncti, ut sunt Actores.

Erit autem haec primo intuitu aliquam Juriis rationem praeferrerre videantur, retamen penitus inspecta verius esse ex illico, quod in tali casu, ubi uterque contendens est ex linea ejus, unde bona, de quorum successione agitur, processerunt, duplicitas Vinculi apud nos non sit attendenda, sed dispositio prefata. Authenticum omnino observanda.

Dicta enim Authenticum, differtis verbis statuit, 9 quod post Fratres & eorum Liberos secundum prorogationem gradus succedatur, non obstante duplicate Vinculi.

Cui, ut dixi supra Cap. 1. num. 20. concordat Ordinaria Cap. 88. in verbis: Erb jeder Nachstgefolge Freund einer oder mehr des Abstorbener Haab und Gut, es thüre die Sippezahl von einem Band her oder von zweyen.

